

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Consideracio sui o  
cum fonte primo

Cordis sui oculum per elacionis tenebras extinguit  
qui, cum recta agit,  
considerare meliorum merita negligit.  
At contra magno humilitatis radio sua opera illustrat  
qui aliorum bona subtiliter pensat  
quia dum ea que ipse feliciter facta foris  
ab aliis conspicit,  
eum qui de singularitate intus erumpere nititur  
superbie tumorem premit.

Gregorius XXXI. moralium.

Scimus autem quod  
cordis sui oculum per elationis tenebras exstinguit,  
qui, cum recta agit,  
considerare meliorum merita neglegit.  
At contra magno humilitatis radio sua opera illustrat,  
qui aliorum bona subtiliter pensat,  
quia dum ea quae ipse fecerit facta foris  
et ab aliis conspicit,  
eum qui de singularitate intus erumpere nititur  
superbiae tumorem premit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 31.54 (CCSL  
143B, M. Adriaen ed., p.1624, ll.21-26).